



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

59 Excommunicationis poenam incurrunt, qui laicali potestate in odium clericorum eorum consanguineos laedunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Bart. ff. de hered. inst. Ruin. conf. 131. num. 1. vol. 2. & G. br. conf. 75. nu. 8. vol. 1.

58 Secundò, † iudices ecclesiasticos carcerando, vel quocumque quæsito colore arrestando, unde libertas ecclesiastica læditur, & deprimitur, cum hoc timore perterriti non audeant, quandoque iudices ecclesiasticam jurisdictionem liberè exercere, sed ipsa jurisdictione restringatur contra verba expressa Bullæ, ut num. 15.

59 Tertiò, † qui non tantùm iudices, seu Prælatos Ecclesiasticos carcerant, arrestant, vel alijs pœnis afficiunt, sed etiam, qui eadem de causa fratres, nepotes, aut alios consanguineos, vel affines Prælatorum, & iudicum ecclesiasticorum, eisdem, vel similibus pœnis etiam privationis honorum, dignitatum, & officiorum, aut exilij afficiunt. Quemadmodum Henricus Angliæ Rex, & Magistratus illius Sancti Thomæ Cantuariensis propinquos affecit, ut scripsit Ioannes Carnot. Episc. in marty. ejusdem Sancti Thomæ. Metus enim illatus consanguineis clericis, habetur pro illato ipsi clerico quo ad intimidandum clericum, cap. sciant cuncti de elect. in 6. Felyn. in cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 99. vers. nemo unquam de constit. & meliù. in cap. litteras, nu. 20. vers. ex quo insert de præsumpt. & Bald. in quest. de schismat. num. 13. Quoniam injuria facta consanguineo, mihi facta videtur, gloss. in clem. 2. in verb. quomodolibet, de sentent. excommunic. Felyn. in cap. Petrus in princip. de homicidio, & Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi num. 18. ff. de nou. op. nunc. prout injuria facta fratri alijs fratribus facta videtur, Decian. respons. 34.

num. 60. volu. 4. & injuria facta uni de agnatione censetur facta omnibus l. lex Cornelia, & ibi Bart. in princip. ff. de injur. & Alexan. conf. 24. num. 19. lib. 2.

60 Nam † videmus, etiam animalia irrationalia timere percussiones, quæ ipsorum causa alijs inferuntur, siquidem in civitate Florentiæ præter alias extraneas feras, leones custodiuntur, qui licet omnium ferarum sint atrociores, mansuescunt tamen, ac domantur, dum coram se vident canem aliquem verberari, ut experientia docet. Idèd, qui in odium Prælatorum, seu iudicum Ecclesiasticorum, consanguineos, vel affines eorundem, aut aliorum clericorum carcerant, percutiunt, eorum bonis, gradibus, & dignitatibus spoliant, seu alias injustè persequantur & gravant, sunt ipso facto sententia excommunicationis innodati, dicto capit. sciant cuncti, & ibi gloss. in verb. consanguineos, de elect. in 6. clem. 2. juncta gloss. in verb. quomodolibet, ubi etiam Abb. nu. 8. de sentent. excommunicat. cap. quoniam juncta gloss. in verb. propinquorum, de immunit. Eccles. in 6. & cap. quicumque, ubi etiam gloss. quæ vertitur quoque familiares in verb. suorum consanguineorum, & familiarium, & ibi Dom. & Fran. de sentent. excomm. cod. lib. & Barb. in cap. licet, colum. 15. de probat. Talia enim committentes, & committi mandantes tacitè, & indirectè lædunt, & deprimunt, ac restringunt libertatem ecclesiasticam, quia non omnes, quemadmodum Sanctus Thomas Cantuariensis, qui non respexit carnem, & sanguinem, pericula propinquorum non curant; sed quamplures, ut temporalia consanguineorum, seu affinium